PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 203r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in seculum 7

CANT GRADUUM 7

Gaudet propheta se monitū ad supernam hierusalem esse uenturum · ubi iam sci secura prosperitate consistunt · loquiturq; ad ciues hierusalē · pacis eis abundantiā optans 7

Gaudet propheta se commonitum ad supernam hierusalem esse uenturum 7 Loquiturque ad ciues hierusalem · optans eis abundantiam pacis 7

Quaerendum est · quis haec ad prophetam dixisset · quibus se laetaturum esse testatur 7 Uidelicet spūs scs · qui corde eius tacita uoce loquebatur · non sermone · sed diuino spiramine 7 Domus haec · iustos tantum recipit · angelos continet · quae est caelestis hierusalem 7

ÆTATIVS SVM IN

his quę dicta sunt mihi · in domum dñi ibimus 7

Dicit se propheta stare in illa caelesti domo · ad quam desiderat summo studio peruenire 7 Ibi enim statur · ubi semper firma uoluntate consistitur 7 Atrium est · introitus domus · in quo commorare nequeunt habitantes 7 hic enim atria · pro interioribus ponitur 7

Stantes erant pedes nostri · in atriis tuis hierusalē 7

hierusalem quę aedificatur ut ciuitas · cuius participatio eius in idipsum 7

usq; ad finem uitae permanet in eis uera confessio 7 Ex hoc nunc · quoniam quicumque perseuerauerit · aeterna beneficia possidebit 7

Aedificatur plane cęlestis hierusalem · cottidie uiuis lapidib · id̄ confessorib · martyribus · et qui dño sinceramente deseruiunt 7 Ciuitas enim dicta a ciuib · illa tam̄ uerius ciuitas dr̄ · quę unanimes ciues continet 7 Cuius participatio · id̄ ciuitatis istius participatio in dño ē saluatore · qui ē ꝓprie · In idipsum · qd̄ sigt̄ aeternitatem · quae numquam desinet esse quod est 7